



**Avrea Gemma Christianorvm**

**Ruben, Leonhard**

**Paderbornae, 1604**

XV. Christus fugit in Agyptum, & occiduntur innocentes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](#)

## 126 LIBER II. DE CHRISTI IESV

verbū tuū in pace. Quia viderunt oculi mei salutare  
 tuū n. quod parasti ante faciem omnium populorum.  
 Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis  
 tua Israēl: Et ibid. vers. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40.  
 41. Et erat pater eius & mater mirantes super hū,  
 quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon, &  
 dixit ad Mariam matrem eius. Ecce positus est hic in  
 ruinam, & in resurrectionē multorum in Israēl, & in  
 signum, cui contradicetur, & tuam ipsius animā per-  
 transibit gladius, ut resuelētur ex multis cordib⁹ co-  
 gitaciones. Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel  
 de tribu Aser: Hæc processerat in diebus multis, &  
 vixerat cum viro suo annis septē à virginitate sua.  
 Et hæc vidua usq; ad annos octoginta quatuor, quād  
 discedebat de templo: ieconijs, & obsecratiōnibus ser-  
 tuens nocte ac die. Et hæc ipsa hora superueniens, cō-  
 fitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus qui  
 cōspectabant redēptionē Israēl. Et ut perfecirent  
 omnia secundū legē Domini, reuerſi sunt in Galilæam  
 in ciuitatē suam Nazareth. Puer autē crescebat &  
 cōfortabatur plenus sapientia; & gratia Dei erat in  
 illo, & ibant parētes eius per omnes annos in Ierusalēm  
 die solemnī Paschā.

## CAPVT XV.

Christus fugit in Aegyptum, & occiduntur innocentes.

**F**IGVR A prima. Jacob ob persecutionē fr̄  
 tris sui Esau abiit in Mesopotamiā. Gen. 27.  
 43. 44. 45. Nūc ergo fili mi, audi vocē meā. & conſu-  
 ges fuge ad Laban frātē meū in Haram, habitabū  
 cum eo dies paucos, donec requiescat furor frātris t⁹  
 &c.

*Cesset indignatio eius, obliuiscaturque eorum quae fecisti in eum: postea mittam, & adducam te inde huc, cur veroque orbabor filio in uno die?*

Secunda. Moyses à Pharaone ad cædē quæsitus fugit in terram Madian. Exod. 2. 15. Audieratque Pharaon sermonem hunc, & querebat occidere Moysen: qui fugiens de conspectu eius, moratus est in terra Madian, & sedet iuxta puteum.

Tertia. Pharaon timens Hebreos, mādat omnes infantes masculos Iudeorum occidi. Exod. 1. 15. 16. 17. 18. 19. 20. *Dixit autem Rex Ægypti obstetricibus Hebraeorum, quarum una vocabatur Sephora, altera Phua, præcipiens eis: Quando obstetricabis Hebreas, & partus tempus aduenierit, si masculu fuerit, interficide eum, si femina reseruare. Tiam muerunt autem obstetrices Deum, & non fecerunt iuxta præceptum regis Ægypti, sed conservabat marures. Quibus ad se accersitis, Rex ait. Quidnam est hoc quod facere voluistis, ut pueros seruaretis? Quare sponderunt. Non sunt Hebreæ sicut Ægyptia mulieres, ipsæ enim obstetricandi habent scientiam, & priusquam veniamus ad eas pariunt. &c.*

Quarta. Athalia cupiditate regnandi curauit occidi omnes filios stirpis regiae, unde solus Ioas eus alit. 4. Reg. 11. 1. 2. *Athalia vero mater Ochozie, videns mortuum filium suum, surrexit & interfecit omne semen regium. Tollens autem Iosabah filia regis Ioram, soror Ochozie, Ioas filium Ochozie, frater est eum de medio filiorum regis, qui interficiebantur, & nutrīcē eius de triclinio, & abscondit eum à facie Athalie, ut non interficeretur.*

PRO

228 LIBER II. DE CHRISTI IESV

PROPHETIAE. Psalm. 8. 3. Ex ore in-  
fantium & lactentium perfecisti laudem proprie-  
tatis tuas, ut destruas inimicum & vltorem. Iai.  
19. 1. 2. 3. 4. 5. Onus Aegypti. Ecce Dominus ascen-  
des super nubem leuem & ingredietur Aegyptum,  
& conuolebuntur simulachra Aegypti a facie eius, &  
cor Aegypti abescet in medio eius, & cocurrere facia  
Aegyptios aduersus Aegyptios, & pugnabit vir contra  
fratre suum, ciuitas aduersus ciuitatem, regnum aduer-  
sus regnum. Et dirumpetur spiritus Aegyptii in visi-  
ribus eius, & consilium eius precipitabo, & interpo-  
gabunt simulachra sua, & diuinos suos & pythones  
& ariolos. Et tradam Aegyptum in manu dominio-  
rum crudelium, & rex fortis dominabitur eorum,  
aut Dominus Deus exercituum. Et arescit aqua  
de mari, & fluuius desolabitur, atque siccabitur. Ver.  
21. Et cognoscetur Dominus ab Aegypto, &  
cognoscet Aegyptij Dominum in die illa, & uen-  
eum in hostiis, & in muneribus, & vota uouebunt  
Domino, & soluent. Ierem. 31. 15. 16. Hac dicit  
Dominus. Vox in excelso audita est lamentacio-  
luctus & fletus, Rachel plorantis filios suos, & nolo-  
ris consolari super eos : quia non sunt. Hec dicit  
Dominus : Quiescat vox tua a ploratu, & oculi tuo  
lachrymis : quia est merces operituo, ait Dominus  
& reuertentur de terra inimici.

VERITAS. Matth. 2. 13. 14. 15. 16. V  
18. Quicunx recessissent, ecce Angelus Domini ap-  
paruit in somnis Ioseph dicens. Surge, & accipe pu-  
rum, & matrem eius, & fuge in Aegyptum, &

ibi usq; dum dicam tibi. Futurum est enim ut Herodes querat puerum ad perdendum eum. Qui consurgens accepit puerum, & matrem eius nocte, & secessit in Aegyptum: Erat ibi usq; ad obitum Herodis: ut adimpleretur quod dictum est a Domino per prophetam dicentem. Ex Aegypto vocavi filium meum. Tunc Herodes videns quoniam illusus esset a Magis, iratus est valde, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius, a bimatu & infra, secundum tempus quod exquisierat a Magis. Tunc adimpletum est quod dictum est per Ieremiam prophetam dicentem: Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus multus: Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt.

## CAPUT XVI.

*Christus mortuo Herode renocatur ex Aegypto.*

**F**IGURA. Moyses ex terra Madian reuocatur in Aegyptum, idq; ut inde filios Israël educat. Exod. 3: 7. 8. 9. 10. Cui ait Dominus: Vidi afflictionem populi mei in Aegypto, & clamorem eius audiui, propter duritiam eorum qui prasunt operibus. Et sciens dolorem eius, descendit ut liberem eum de manibus Aegyptiorum, & educam de terra illa in terram bonam, & spatiostam, in terram que fluit latte & melle, ad loca Chananai, & Heothai, & Amorrhæi, & Pherizai, & Hennai, & Iesbusai. Clamor ergo filiorum Israël venit ad me, via dicta afflictionem eorum, qua ab Aegyptiis opprimitur.